

23.²³

Trans Tyberim ad S. Benedictum

IOVI. O. M. CLOLICILENO.
C. FRONTINIVS NICRINV
LVCIVS POSVIT ARMA.

Mos enim erat ut emeriti militiam et a labore soluti
in templo Iouis offerrent arma, et hi quidem post sep-
tuagesimum etatis annum non cogebantur militare.

24.*²⁴

Extra urbem in quodam sacello

HEVS VIATOR MIRACVLVM. HIC VIR ET VXOR
NON LITIGANT. QVI SVMVS NON DICO.
AT IPSA DICAM. HIC BEBIVS EBRIVS
ME BEBRIAM NVNCVPAT. NON DICO AMPLIVS.
HEI VXOR ETIAM MORTVA LITIGAS.

Lingulacas igitur et garrulas ducere uxores cauete,
uiri, huius exemplo, quam ne mors quidem coercere po-
tuit ne litiget, ne saltem mortua mortui mariti ossa in-
quietet. Et si tibi iam talis contigit, quid ages? Minus lo-
quacem nulla ratione potes efficere: si linguam exeme-
ris, manibus pedibusque loquetur. Vnicum tibi restat
remedium: precare Deum ut surdus fias. Nam si etiam
quoquam locorum fugeris, insequi te illa non desistet, et
quocunque te reuerteris, post te tonabit furibunda, con-
tra minas audacior, contra uerbera clamosior.

²³ A 82v/5; cf. *CIL* VI, 418

²⁴ A 72v/1 ?; cf. *CIL* VI, 20*

23.

S druge strane Tibera, kraj Sv. Benedikta

JUPITERU NAJBOLJEM I NAJVEĆEM,
KLOLICILENU⁵⁸, GAJ FRONTINIJE
NIKRIN⁵⁹ LUCIJE PRINESE ORUŽJE.

Bio je naime običaj da oni koji su završili vojnu službu i oslobođeni su od njezinih napora prinesu svoje oružje Jupiteru. Poslije sedamdesete⁶⁰ godine života nisu bili prisiljavani služiti u vojsci.

24.*

Izvan grada u nekomu malom hramu

HEJ, PUTNIČE, ČUDO. OVDJE SE MUŽ I ŽENA
NE SVAĐAJU. TKO SMO, NEĆU REĆI.
ALI REĆI ĆU JA. OVDJE BEBIJE EBRIJE MENE
NAZIVA BEBRIJOM. VIŠE NIŠTA NE KAŽEM.
JAO, ŽENO, I MRTVA SE SVAĐAŠ.

Čuvajte se dakle, muževi, da ne uzmete jezičave i brbljave žene; primjer vam je ova koju ni smrt nije mogla obuzdati da se ne svađa, da makar mrtva mrtvomu mužu ne uznemiruje kosti. A ako te je takva već dopala, što da radiš? Nema nikakva načina da je učiniš manje govorljivom: iščupaš li joj jezik, govorit će rukama i nogama. Ostaje ti samo jedan lijek: moli Boga da oglušiš. Jer kamo god budeš bježao, ona te neće prestati slijediti, a kamo god da se vratiš, mahnito će za tvojim leđima galamiti, na prijetnje još drzovitija, na batine još glasnija.

⁵⁸ Na kamenom izvorniku umjesto CLOLICILENO stajalo je DOLICHENO, tj. (Jupiteru) Dolihenu.

⁵⁹ Na kamenom izvorniku: NIGRINVS, tj. Nigrin.

⁶⁰ Zapravo: šezdesete.